

intelliges. Quod restat, perge, Vir Clarissime, me amare, iudicari
ut à me amaris. Duos verò alumnos nostros, qui has tibi red-
dunt, et studiorum causâ istâ veniunt, honestos nec non
indoctos juvenes discipulos meos tuâ benevolentia meo loco
complemente, studijs ipsorum et mores formando, quam
potes, operam eis presta. Sic tibi et ipsos et nos beneficij
perpetuo obstringes. Vale. Dominus laboribus tuis magis
indies benedicat. Catecheticarum explicationum partem
alteram tibi mitto: reliquas istic haud dubie videbitis.
Vestram erit, de hoc labore candidè iudicare. Multa typo-
graphi incuria et festinatio depravavit. Heidelbergæ
4. Non: Aprilij Anno 1591.

Fragmentum

180)

Epistola Responsorio ad literas D. Petri Salamini, S. Theol.
Doctoris et Professoris Wittenbergensis, quibus D. Sareus ad
Professionem Theologicam invitabat Wittenbergam.
*** Venio ad postremum. Invitas me istuc, non tu
modò, sed et D. Pierius, quâ voluntate vestra in me optima
et honestissima vix equidem in vitâ gratius quicquam mi-
hi evenit. Ergo ne noverca illa facta est mater, ut quos
nuper exilijs et anathemate damnabat, nunc pro filijs
recognoscat etis orthodoxos? Gratias agamus Deo, qui tam
clementer respexit Eulexiam suam, hoc tristissimo tempore,
et inter tot distractiones suas Germanicâ Academicâ cele-
berrimas sanctissimo veritatis glutine, pacisq; vinculo con-
jungere dignatur. Sed audin? Latinè vobis subducta ra-
tiones? Si Sareus Wittenbergam veniat, heresiarcha ille
falsator ille Bibliæ, nonne clamabit mundus: Κολοιοῦ πῶς
Κολοιοῦ ἴσῃται? Nunc cognovimus, quod Samaritanus es,
et Damoniam habes? Quam ergo aleam propter me, subitâ
Academia

Academia vestra? Elector vester? An potius vobis haec omnia sunt meditata? De me primum gratias vobis ago pro benevolentia vestra, et honorifica opinione, quam de me concejstis, et cui utinam respondere possim! Ego vero, qui inter doctos locum nullum mereor, sed vix inter mediocres usquam consisto, ea cathedra, ad quam me invitatis, et quam summi illi heroes Ecclesia tenuerunt, nimis indignum me iudico. Tum rerum mearum talis hinc est ratio, ut an bona superiorum gratia me excedere queam, vel etiam debeam, ignorem. Fovit me Palatinaty canos 26. benigne, et ei servio jam annos 21. Statio, quam nunc teneo, etsi molesta, honorifica tamen est. laboram fructu mediocri. An stomachus a vino ad cerevisiam tulo defenderet, nescio: quanquam hujus ratio mihi tanti non est. Sed doceremine in Ecclesia et Schola simul? Hoc grave esset. Itaque mi frater, ut dicam paucis, grato pectore benevolentiam vestram et iudicium de me honestum volo: nec sane mihi prius quicquam esset, quam in duccenda et tuenda veritate, loco praesertim tam celebri, partes aliquas tenere. Veram cum nec dum loci isthinc aliquis vacet, nec de conditione futura satis intelligam, hinc etiam de voluntate Superiorum mihi non constet, et rei denique gravitas circumspectionem aliquam requirat, ut annuere absolute mihi non est facile. Stationem enim meam sine gravi causa vel necessitate deserere velle non debeo. Ita, cum etiam hinc non omnia mihi sint integra, invitationem vestram tam honorificam non possim non gratam habere, magnum facere, nullatenus vero repudiare. Quid ergo? sum res in cardine nondum versetur; invocato Dei nomine de negotio tam serio

